



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 75. Carolus Medices Cardinalis vita functus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII. ullum inaudita parte judicabat: quare
A. C. 1666. ab omnibus Judex rectissimus, & in
 labore impigerimus audiebat. Talem
 igitur tantumque Virum Urbanus VIII.
 jure Cardinalium Collegio accensum:
 Romandiolæ Legationi pluribusque
 Congregationibus præfecit, ac patria
 suæ Episcopum renuntiavit; dimis
 vero Ecclesia sua Romam secessit, ubi
 Innocentio X. & Alexandro VII. a co-
 filiis, Ecclesiæ plurimum profuit; in
 ejus enim suffragiis Sanctitas pariter
 & operosum studium deprehendebatur
 non aliam, quam Christianæ Reipublicæ
 commodum promovendi sollicitudinem
 in animo fovens: Tandem Romæ me-
 ritorum præmium beato fine a Deo
 adeptus est, annos natus septuaginti
 quatuor.

§. LXXV.

*Carolus Medices Cardinalis vita
funditus.*

Ughell. Ital. Sacr. Ciacon. in vita Pauli V. Nec invida mors Carolo Medices
 Magno Etruriæ Duci hoc anno per-
 percit: Erat is Regiis plane animi do-
 tibus largiter a natura instructus, ac ex-
 miis excultus disciplinis: unde non
 tam sanguinis nobilitate, quam proprii
 meriti præstantia Purpuram a Paulo V.
 adolescens novendecim annorum ade-
 ptus,

ptus videtur. Aestate proiectior to-
Sæc. XVII.
Tum sese Ecclesiæ Romanæ obsequio A.C. 1666.
devovit, plurimumque Sacrarum Con-
gregationum Consultor semper luculenta
prudentiæ, Religionis, & pietatis signa
edidit, necnon Pontensis Ecclesiæ Præ-
positus jura libertatemque egregie vin-
dicavit, magnamque suarum faculta-
tum partem ad ampliandum Dei cul-
tum impendit, præcipue vero sumptuo-
sum Florentiæ Templum pro Regulari-
bus Clericis seu Theatinis a fundamento
erexit, ibidemque die decima nona
Junii septuagenarius decepit,

§. LXXVI.

*Hieronymi Columnæ Cardinalis
extrema.*

Hunc pari mortis necessitate seque- *Vitæ. in*
batur Hieronymus Columna patria *add. ad Ciat.*
Romanus, qui a puero animum ad S. *Rasp. de*
militiam propensum præferens, a *Basil. La-*
Paulo V. Abbatiam S. Marthæ obtinuit,
emensoque Compluti studiorum cursu
Romam laureatus Doctor reversus, ab
Urbano VIII. Cardinalis, ac postea
Bononiensis Archiepiscopus renuntia-
batur, quam Ecclesiam per duodecim
annos moderatus, non modo ampliato
Palatio Archiepiscopali, Bibliotheca
aliisque fabricis augustiore redditum,
sed